[…]miniſtrabunt. Si quis externus
[…]ceſſerit occidetur. Locutus eſt dns
ad aaron. Ecce dedi tibi cuſtodiam
primitiarum mearum. Omnia que ſancti
ficant a filiis iſrahel tibi tradidi
et filiis tuis pro officio ſacerdotali
legitima ſempiterna. Hec ergo ac
cipies de his que ſanctificantur et ob
lata ſunt dno. Omnis oblatio et ſa
crificium et quidquid pro peccato atque
delicto redditur michi et cedet in ſanc
ta ſanctorum tuum erit et filiorum tuorum.
In ſanctuario comedes illud. Ma
res tantum edent ex eo quia conſe
cratum eſt tibi. Primitias autem quas
voverint et obtulerint filii iſrl. tibi
dedi et filiis tuis ac filiabus tuis iure
perpetuo. Qui mundus eſt in domo
tua. veſcetur eis. Omnem medullam olei
et vini ac frumenti quidquid offerunt
primitiarum dno dedi tibi. Univerſa fru
gum initia que gignit humus. et
dno deportantur. cedunt in uſus
tuos. Qui mundus eſt in domo tua.
veſcetur eis. Omne quod ex voto
reddiderint filii iſrahel. tuum erit.
Quicquid primum erumpit e vulva
cuncte carnis quam offerunt dno. ſive
ex hominibus ſive de pecoribus fuerit
tui iuris erit. ita dumtaxat ut pro
hominis primogenito pretium accipies.
et omne animal quod inmundum eſt
redimi facies. cuius redemptio
erit poſt unum menſem. ſiclis argen
ti quinque pondere ſanctuarii. Siclus
viginti obolos habet. Primogenitum
autem bovis et ovis et capre
non facies redimi. quia ſanctifica
ta ſunt dno. Sanguinem tantum
eorum fundes ſuper altare et adipes
adolebis in ſuaviſſimum odorem dno.
Carnes vero in uſum tuum cedent.
ſicut pectuſculum conſecratum et ar
mus dexter tua erunt. Omnes
primitias ſanctuarii quas offerunt
filii iſrahel dno. dedi tibi et filiis
[…] filiabus tuis iure perpetuo.
[…] ſalis eſt ſempiternum coram
[…]bi ac filiis tuis. Dixit que
[…] aaron. In terra eorum nichil

poſſidebitis nec habebitis partem in
ter eos. Ego pars et hereditas tua
in medio filiorum iſrl. Filiis autem levi
dedi omnes decimas. iſrahelis in poſ
ſeſſione. pro miniſterio quo ſerviunt
michi in tabernaculo federis. ut non
accedant ultra filii iſrahel ad taber
naculum. nec committant peccatum mor
tiferum. ſolis filiis levi. michi in taber
naculo ſervientibus et portantibus
peccatum populi. legitimum ſempiternum
erit in generacionibus veſtris. Nichil
aliud poſſidebunt decimarum oblacione
contenti. quas in uſus eorum et neceſſa
ria ſeparavi. Locutus que eſt dns
ad moiſen dicens. Precipe levitis atque
denuntia. Cum acceperitis a filiis iſ
rahel decimas quas dedi vobis. Pri
mitias earum offerte dno. id eſt deci
mam partem decime. ut reputetur vobis
in oblacionem primitiarum. tam de areis
quam de torcularibus. et univerſis quo
rum accipietis primitias offerte dno.
et date ea aaron ſacerdoti. Omnia
que offertis ex decimis. et in dona
ria dni ſeparabitis. optima et elec
ta erunt. Dices que ad eos. Si preclara
et meliora queque obtuleritis ex de
cimis. reputabitur vobis quaſi de
area et torculari dederitis primi
tias. et comedetis eas. in omnibus
locis veſtris tam vos quam familie veſtre
quia pretium eſt pro miniſterio quo ſervi
tis in tabernaculo teſtimonii. et
non peccabitis ſuper hoc egregia
vobis et pinguia. reſervantes. ne
polluatis oblaciones filiorum iſrahel.
et moriamini. Cap. XVIIII

Locutus que eſt dns ad moi
ſen et aaron dicens. Iſta eſt
religio victime quam conſtituit
dns. Precipe filiis iſrahel ut addu
cant ad te vaccam ruffam etatis
integre in qua nulla ſit macula
neque portaverit iugum tradetis que
eam eleazaro ſacerdoti. Qui
eductam extra caſtra ymolabit in
conſpectu omnium. et tingens digitum
in ſanguine eius. aſperget contra
fores tabernaculi ſeptem vicibus